BEATISSIME PATER

Ut animarum saluti devotarum oratricum vestrarum Nobilium Matronarum viduarum Katherine Mittendorfferin Katherine Khogelerine Hedwigis Rolyne cum
filiis et filiabus earundem salubriter consulatur supplicant humiliter Sanctitati vestre prefate oratrices cum liberis earundem quatenus eis et cuilibet earum specialem
gratiam facientes ut confessor idoneus secularis aut cuiusvis ordinis regularis presbyter quem quelibet earum duxerit eligendum ipsas et earum quamlibet ac filios et filias
earundem ab omnibus et singulis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis,
inflictis et promulgatis ac votorum quorumcumque iuramentorum et certis mandatorum transgressionum ieiuniorum penitentiarum iniunctarum ac divinorum officiorum omissionibus
manuumque violentarum in personas ecclesiasticas iniectionibus periuriorum homicidii mentalis seu casualis adulterii incestus fornicationis et sacrilegii reatibus omnibusque
aliis et singulis suis peccatis criminibus excessibus et delictis quantumcumque gravibus et enormibus de quibus corde contriti et ore confessi fuerint etiam si
talia forent propter que merito sedes apostolica foret consulenda de reservatis exceptis contentis in bulla que legitur in cena domini semel in vita et
in mortis articulo de aliis vero sedi apostolice non reservatis casibus totiens quotiens opus fuerit absolvere et pro commissis penitentiam salutarem iniungere
Vota vero quecumque per eas et earum quamlibet seu pro liberis earum forsan emissa Jerosolimitane ac visitationis liminum apostolorum Petri et Pauli de
urbe Jacobi in Compostella religionis et castitatis votis duntaxat exceptis in alia pietatis opera commutare et iuramenta quecumque relaxare nec-
non semel in vita et in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum remissionem et absolutionem impendere possit et valeat. Atque tempore interdicti ordi-
naria auctoritate appositi Missas et alia divina officia audire ac illis interesse dummodo causam interdicto non dederint libere possint ac eccle-
siastica sacramenta, verum sacratissima eukaristia domini corporis, iure tamen sui rectoris parrochialis et presbyteri in die pasce a quocumque presbytero
seculari aut cuiusvis ordinis regulari per quamlibet earum aut earum liberorum eligendo recipere huiusmodi sacramenta libere possint decedentia quoque earundem
oratricum ac liberorum earundem corpora seu cadavera tempore huiusmodi interdicti sine funerali pompa ecclesiastice tradi possint sepulture. Quodque
eis liceat habere altare portatile cum debitis tamen reverentia et honore super quo quoad vixerint in locis ad hoc congruentibus et honestis
etiam interdicto ordinaria auctoritate supposito dummodo occasionem non dederint interdicto ac etiam antequam elucescat dies circa tamen diurnam lucem
per proprium aut alium sacerdotem in sua aut alterius ipsarum ac familiarum ipsarum domesticorum presentia Missas et alia divina officia celebrari
facere ac illis interesse. Et insuper unam vel duas ecclesias seu duo vel tria altaria in partibus ubi oratrices seu liberi earum residere contigerit
quam quas vel que quelibet earum duxerit eligendum singulis quadragesimalibus et aliis quibuslibet anni diebus visitando tot similes indulgentias ac pec-
catorum remissiones consequatur quas consequerentur si singulis diebus cum singulas urbis Rome ecclesias que a christifidelibus propter stationes visitari solent
personaliter visitaret. Preterea ut prefate oratrices cum suis filiabus aut cum duabus vel tribus honestis mulieribus per eas eligendas Monasteria Mo-
nialium et sororum etiam sancte clare ter aut quater in anno ingredi ipsas visitare et cum eis refectionem capere dummodo ibi non pernoctent et eas
qui dictis monasteriis prefuerint accedat assensus libere et licite
et aliis lacticiniis ac tempore necessitatis et infirmitatis de utriusque
et valeant licentiam et facultatem eis et earum liberis singulis, co-
nstitutionibus apostolicis quibuscumque Cancellarie apostolice Regulis etiam
tes placeat hac vice derogare ceterisque in contrarium facientibus non obs-

Et cum absolutione a censuris ad effectum presentium consequendum et ... Et de reservatis
Et de non reservatis casibus totiens quotiens opus fuerit Et de commutatione votorum. Ac
Et de plenaria remissione et absolutione semel in vita et in mortis articulo Et de altari
Et quod tempore interdicti missis aliisque divinis officiis interesse possit ac ecclesiastica sacramenta re-
Et de esu butiri et lactis casei ovorum quadragesimalibus et aliis prohibitis diebus Ac
Et quod prefate oratrices ingredi valeant Monasteria monialium etiam sancte clare cum fil-
Et cum derogatione quarumcumque regularum Cancellarie apostolice ita ut illi sufficienter derogare
Et quod presens gratia vita oratricum duret Et quod transumpto presentium sigillo cuiusvis prelati
Subscripto plena fides ubilibet adhibeatur sicut presenti originali Et quod pro expressis habeantur
possit non facta mentione de aliis concessis quantitatem tantum concedendo

Equatios in Minutis addende ad tpa revolonum mensurnarum gestive mec singulis Annis

Jun	Jul	aug	Se	oc	no	de	Ja	fe	mar	mar	ap	Ma
14 Mi	11	15	24	31	29	18	5	0	5	14	20	19

Motus ☉ in Gra: et S. pro his tpibus.

	Jul 20	Aug 17	Se 14	Oc 12	No 9	Dec 7
☉	♌ 9.6	♍ 3	♎ 1	♎ 28	♏ 25	♐ 25
	H M	H M	H M	H M	H M	H M
	8.33	10.20	12.4	13.44	15.35	17.38

	Ja 4	fe 1	Mar 1	Mar 30	Ap 27	Ma 25
☉	♑ 24	♒ 22	♓ 21	♈ 19	♉ 16	♊ 13
	H M	H M	H M	H M	H M	H M
	19.44	21.38	23.27	1.10	2.54	4.45

[illegible]

... part ... Mi ...

floreno .1.

Auges vere Planetarum pro 1549 Anno

	S	G	1a	2a	3a
☉.♀.	♋	1	31	25	
♃	♍	23	49	10	
♂	♌	15	24	13	
☿	♏	0	51	34	
♄	♐	13	35	42	

Completa Anni Solis vero Aug

S	G	1a	2a	3a
0	20	4	48	28

Radix vero

S	G	1a	2a
4	49	39	59

V VI.

4